

Spe destitutus omni.

3. Profectò cum recogito

Vitæ tot actiones,
Præcordiis contabeo,

Et haurio pavores:

Imo perire turpiter,

Et interire cogerer,

Tuis carens statutis.

4. Hæc sed statuta cum suò

Dulcissimò tenore,

Meum movent cor denuò,

Et corpus hoc tremore:

His namq; ponunt gratiam,

Qui corde contritò viam

Ad te parant Jesu.

5. Et ipse dum, ceu sentio

(Fui quod antè questus)

Peccator ingens audio,

Quem cordis angit æstus,

Tuò velimq; sanguine,

Quòvis levari crimine,

Ut David & Manasse.

6. Accedo mente supplice

Angoribus gravatus,

Submissiore poplite

Hos efferens precatus:

Ignosce blandus omnibus

Meis iniquitatibus,

Quas hætenus patravi.

7. Ignosco nomen ob tuum,